

Civil Judicature. Agreeable to the Laws of England.

“ faciend’ ; Ac in Curijs, Prætor’ & Tribunal’ illis in Actionib’, Sectis, Cau-
 “ sis, & Negotijs quibuscunq; tam Criminalib’ quàm Civilib’, Personalib’,
 “ Realib’ & Mixtis, ac Prætorijs procedendi, Placita tenendi & terminandi per Ju-
 “ dices, per ipsos Delegatos, liberam, plenam, & omnimodam, tenore Præsentium,
 “ Concedimus Potestatem : Quas quidem Leges sic, ut pæmittitur, promul-
 “ gand’, absolutissima Juris firmitat’ niti, & ab omnib’ Hominibus, Subditis &
 “ Ligeis Nostris, Hæredum & Successorum Nostrorum, quatenus eos concer-
 “ nunt, in Partibus illis custodiri, & sub Pænis in eisdem expressis & expri-
 “ mendis, inviolabiliter observari Volumus, Injungimus, Præcipimus, & Man-
 “ damus : Ita tamen quòd Leges prædict’ sint Rationi consonæ, et non sint
 “ repugnan’ nec contrar’, sed quoad convenient’ fieri poterit, consentaneæ Le-
 “ gib’, Statut’, Consuetud’, ac Juribus hujus Regni Nostr’ *Angl’*.”

Power, with-
out an Affem-
bly, of making
Ordinances by
Proclamation :

But not to
reach Life, &c.
nor Freehold,
&c.

“ ET quoniam in tantæ Provinciæ Regimine repentini Casus sæpenumerò
 “ contingunt, quibus necesse erit Remedium adhiberi antequam Liberi Te-
 “ nentes dictæ Provinciæ, Legati, vel Deputati sui, ad Leges condendas convo-
 “ cari possint ; nec idoneum erit continuo, tali Casu emergente, tantum Popu-
 “ lum convocari : Idcirco, pro meliori Gubernatione tantæ Provinciæ, Volumus
 “ & Ordinamus, ac per Præsentes pro Nobis, Hæredib’ & Successorib’
 “ Nostris, præfat’ modò Baroni de *Baltimore*, & Hæredib’ suis, Concedimus,
 “ quòd præfatus modò Baro de *Baltimore*, & Hæredes sui, per se, vel per Magi-
 “ strat’ & Officiar’, in ea parte debite, ut præfertur, constituend’, Ordinationes
 “ idoneas & salubres, de tempore in tempus, facere & constituere possint &
 “ valeant, infra Provinciam prædict’ custodiend’ & observand’, tam pro
 “ Custodiâ Pacis, quàm pro meliori Regimine Populi ibidem degentis ; easq;
 “ omnibus, quos eadem aliquo modo tangunt, seu tangere possint, publicè inno-
 “ tescere. Quas quidem Ordinationes infra dictam Provinciam inviolabiliter
 “ Observari Volumus, sub Pænis in eisdem expriment’ : Ita quòd eadem Ordi-
 “ nationes sint Rationi consonæ, & non sint repugnant’ nec contrar’, sed,
 “ quoad convenienter fieri potest, consentaneæ Legib’, Statutis, aut Juri-
 “ Regni Nostr’ *Angl’* ; & ita quòd ead’ Ordinationes se non extendunt ad Jus
 “ vel Interesse alicujus Personæ, sive aliquarum Personarum, de aut in Vitâ,
 “ Membro, Libero Tenemento, Bonis seu Catall’, aliquo modo astringend’,
 “ ligand’, onerand’, seu tollend’.”

Liberty of re-
pairing thither.

“ PORRO, ut Nova Colonia Populi eadem confluentis, Multitudine sælicius crescat,
 “ pariteret à *Barbarorum* aliorumve Hostium, Pirat’ & Prædonum Incurfibus
 “ firmiter muniatur ; Idcirco Nos pro Nobis, Hæredib’ & Successorib’ Nostris,
 “ Omnib’ Hominib’ & Subditis Nostris, Hæredum & Successorum Nostrorum,
 “ Ligeis præsentibus & futuris (nisi quib’ id specialiter fuerit interdictum)
 “ se, Familiasq; suas, ad dictam Provinciam, cum idoneis Navigijs, & Comeatu
 “ congruo transferendi, Sedesq; suas ibidem collocandi, incolendi & inhabitandi,
 “ Castraq; & Castell’, seu alia Fortalitia, ad præfat’ modò Baron’ de *Baltimore*,
 “ & Hæredum suor’ Arbitrium, pro Defensione Publicâ & suâ, extruendi &
 “ muniendi Facultat’, Licentiam & Libertatem Damus & Concedimus per
 “ præfatos ; Statut’ de *Fugitivis*, vel alijs quibuscunq; in contrarium Præ-
 “ missorum, in aliquo non obstan’.”

All the King’s
Liege Subjects,
and their De-
scendants there
inhabiting, to
be Freemen of
England.

“ VOLUMUS etiam, & ex uberiori Gratiâ Nostrâ, pro Nobis, Hæredib’
 “ & Successorib’ Nostris, firmiter Præcipimus, Constituimus, Ordinamus, &
 “ Mandamus, qd’ dicta Provincia de Nostrâ Ligeanciâ sit, quodq; Omnes &
 “ singul’ Subditi ac Ligei Nostr’i, Hæredum & Successorum Nostrorum, in præ-
 “ fat’ Provinciam deducti, vel deducendi, ipsorumq; & aliorum de ipsis de-
 “ scendentium liberi, ibidem seu jam nati, seu impostèrùm nascendi sint, & erunt
 “ Indigenæ, & Ligei Nostr’i, Hæredum & Successorum Nostrorum Regni Nostr’i
 “ *Angliæ*”